



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Alexandro VII. Ad Clementem X.

Luxemburgi, MDCCXLII.

LXVI. Statuit, & decernit, ne oblati, seu servientes Fratrum Laicorum Tertii
Ordinis Sancti Francisci Congregationis Gallicanæ in futurum nullatenus
recipientur, nisi cum biennali Novitiatu, & quarto ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74833](#)

LXV.

Concessio Indulgentie Plenariae Fratribus Regularis Observantiae Sancti Francisci, ac Reformationis Cismontanae Familiae exercitiis spirituibus per ostium vacantibus.

Edita An. D.
1659.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Supplicatio.

Cum sicut Nobis nuper exponi fecit Dilectus Filius Michael Angelus à Sambuca Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Minister Generalis in Capitulo Generali ejusdem Ordinis novissime Toleti celebrato, inter alia decretum fuerit, ut secessus, & spiritualia mortificationis, & orationis mentalis exercitia in omnibus Provinciis Cismontanae Familiae Ordinis predicatorum realfumantur, & illis Fratres earumdem Provinciarum aliquoties singulis annis videntur.

S. 1. Nos qui probè novimus quantopere conductanc exercitia hujusmodi dirigendis in viam Domini, & confirmandis in illa Christifidelium mentibus, devotionem Fratrum membrorum Ordinis, qui de suorum Superiorum licentia operi adeò pio, & salutari vacaverint, coelestium Ecclesiæ thesauro elargitione magis imitari volentes, de Omnipotenti Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus, & singulis predicatorum Fratribus tam Clericis, quam Laicis, seu Conversis, qui in dominibus Regularibus Provinciarum predicatorum de suorum Superiorum licentia exercitia predicta per ostium spatum quondcumque peregerint, & interea temporis verè penitentes, & confessi Sacrosanctum Eucharistiae Sacramentum sumptuerint, quoties id egerint Plenariam omnium suorum peccatorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus in perpetuum valituru.

S. 2. Volumus autem quod si pro impetratio, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid, vel minimum detur, aut sponte oblati recipiatur, eadem præfentes nulla sint eo ipso. Quodque earundem præsentium transfluit, etiam impressis manu Notariorum publici, vel Secretariorum dicti Ordinis subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constituta, vel Ministri Generalis predicatorum Ordinis munitis, eadem profus fides adhibetur, qua præfentibus adhiberetur, si forent exhibita vel ostensa.

Transfum-
pis credi-
mandat.Dat. P. An. 5.
die 11. Junii

Datum Roma apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 11. Junii 1659. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

LXVI.

Statuit, & decernit, ne oblati, seu servientes Fratrum Laicorum Tertiæ Ordinis Sancti Francisci Congregationis Gallicanæ in futurum nullatenus recipientur, nisi cum biennali Novitatu, & quarto voto de non procuranda alia conditione ad præscriptum Constitutionum ejusdem Ordinis. Et de consensu petendo à tota Communitate super Contractibus.

De his oblatis vide infra ad Constatut. 80. Alias in qua confirmat Decretum circa receptionem oblatorum.

Edita A. D.
1659.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Motiva.

Cum sicut Dilecti Filii Renatus Parisiensis, & Simon Lugdunensis, Procuratores Fratrum

Laicorum Provinciarum Sancti Francisci, & Sanctorum Ludovici, & Elzearii Congregationis Gallicanæ Tertiæ Ordinis ejusdem Sancti Francisci Nobis nuper exponi fecerunt, licet controversia inter predicatorum Fratres Laicos ex una, nec non eorum Superiores, ac Fratres Presbiteros, & Clericos dictarum Provinciarum ex altera partibus vertentes per quædam Decreta Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositi sub diebus 9. Julii, ac sexta, & 20. Augusti, & prima Octobris proximè præteriorum emanata, & per quædam Nostras in simili forma Brevis Litteras die 13. Septembris etiam proximè præteriti desuper expeditas respectivè confirmata terminata fuerint, nihilominus Dilecti etiam Filii Athanasius de Villanova predicatorum Sancti Francisci, & Riccardus de Aumala Sancti Ieronimi Provinciarum Congregationis predicatorum respectivè Procuratores diversas oppositiones, & protestationes contra Decreta, & Litteras Nostras hujusmodi, debitam illorum exequutionem impediri ergo facere ausi fuerint.

S. 1. Cumque predicatorum Exponentes propterea plurimum cupiant opportunè in præmissis à Nobis provideri, ac insuper ordinari, ut consensus Universitatum, Conventuum dictæ Congregationis in omnibus contractibus creationis censum activorum, & passivorum, fundacionum, hypothecationum, acquisitionum, venditionum, aliarumque alienationum bonorum ad ipsos Conventus spectantium, quorum valor in capitali, seu forte, quantum quidem ad bona stabilia, viginti quinque, quantum vero ad mobilia, & fructus respectivè pertinet, decem scutorum auri summam excedat, necessarius sit.

S. 2. Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas, à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliquisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissima, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censes, Supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectæ inclinati, De memoratorum Cardinalium, qui partes abunde hinc informantes, audiverunt, remque diligenter, & mature denuò discusserunt, consilio, juxta alias refoluta sub diebus 14. Novembris 1660. ac Nostras in forma Brevis desuper subsequutas Litteras auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus, & declaramus, oblatos, seu servientes in omnibus hujusmodi Provinciae reformationis tertii Ordinis in Regno Gallia confitentes, nec recipi, nec ad professionem admitti posse, nisi cum biennali Novitatu, & quarto voto de non querenda, seu procuranda alia ab hujusmodi oblatorum seu servientium conditione ad præscriptum ejusdem Ordinis Constitutionum. Ac proinde sub poenis privationis vocis activæ, & passivæ: nec non officiorum, & inhabilitatis ad ea, & alia quæcumque obtinenda predicatorum Ordinis Superioribus, Officialibus, & aliis quibuscumque ad quos spectat, seu spectare quomodolibet poterit in futurum, atque invaliditatis, & nullitatis fecias gestorum, & gerendorum, earundem tenore præsentium præcipimus, ac prohibemus, ne aliter quam modo, & forma præmissis hujusmodi oblatos, seu servientes exinde recipient, nec quidquam erga, vel circa statum, & conditionem tam dictorum Servientium, quam etiam Fratrum Laicorum, sive in Capitulis Provincialibus, sive extra ea contra predicatorum Constitutionum, & præsentium

Confirmat
prout in rub.

Lit-

Super contractibus
quando re-
quiretur
conclusus.

Numerus
laicorum
remititur
generali.

Decretum
irritans.

Dat. P. An.
5. die 2. Apr.

LXVII.

Edita An. D.
1659.

Exordium.

Supplicatio.

Litterarum formam, ac tenorem sub jam dictis dinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris, summa cum tranquillitate, & pace celebratum fuit, juxta modum, & formam cuiusdam Decreti in proximè precedenti Capitulo Generali Congregationis prædictæ editi, & per Verenabiles fratres Nostros ejusdem S. R. E. Cardinales negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium propositos die 10. Januarii proximè præterit (ut dicti Exponentes afferunt) confirmati, quo numerus Vocalium Capituli Generalis Congregationis hujusmodi præscribitur, & ad tres pro qualibet Provincia reducitur, & alias prout continetur in scriptura tenoris, qui sequitur, videlicet.

§. 3. Super contractibus verò censum tam activorum, quam passivorum, impositionum, & fundationum, bonorum acquisitionum, permutationum, venditionum, hypothecationum, & aliarum quocumque titulo, & nomine alienationum, quando agitur de stabilibus, & censibus, si summae viginti quinque ducatorum aureorum in forte, de mobilibus autem, & redditibus decem similium excedant, tunc totius Communitalis, seu Capituli Conventuum de quorum re agitur consensum, & consensus requiri, & adhiberi pariter decernimus.

§. 4. Quo autem ad numerum Fratrum Laicorum, & Servientium prædictorum ad dilectum filium, Ministrum Generalem pro suo arbitrio, & prudentia provident remittimus, eidemque præmissorum omnium, & singulorum exequitionem commitimus, & demandamus; In iungimusque ut sub memoratis, ac aliis Ecclesiasticis pœnis, & censuris juxta prædicta observari faciat, & præcipiat. Contradictores, & Rebels quocumque prædictis, ac aliis juris mediis opportunitus compescendo.

§. 5. Decernentes etiam easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quocumque Judices ordinarios, & Delegatos, eriam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si securus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus in contrarium allatis, nec non appellationibus, protestationibus, ceterisque oppositionibus, ac omnibus, & singulis illis, quæ in Litteris Nostris supradicis confessimus nou obstat, ceterisque contrariae quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die 2. Aprilis 1659. Pontificatus nostri anno Quinto.

Confirmat Decretum, quo numerus Vocalium Capituli Generalis Congregationis Italæ Fratrum Discalceatorum Ord. Eremitarum S. Augustini reducitur ad tres pro qualibet Provincia.

*De his Fratribus vide ad Conf. 97. Urbani VIII.
Alias pro parte circa electionem Priorum Provincialium, ac de modo regendi Provincias.*

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Militantis Ecclesia regimini per abundantiam Divinæ bonitatis, nullo licet meritorum Nostrorum suffragio, præpositi, illa quæ pro felici Christifidelium sub suavi arctioris Religionis iugo, Altissimi obsequiis manipulatorum directione provide statuta esse dignoscuntur, libenter, cum à Nobis petitur Apostolici muniminis patrocinio roboramus.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Vicarius Generalis, & Diffinitiorum Congregationis Italæ Fratrum Discalceatorum nuncupatorum Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, quod ultimum ejusdem Congregationis Capitulum Generale sub directione dilecti filii nostri Jo. Baptista tituli S. Mariae Transtiberim S. R. E. Presbyteri Cardinalis Pallotti nuncupati, dicti Or-

Augustini Viennæ, & eo deficiente, vel legitimè

impe-

Decreti in proximè precedenti Capitulo Generali Congregationis prædictæ editi, & per Verenabiles fratres Nostros ejusdem S. R. E. Cardinales negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium propositos die 10. Januarii proximè præterit (ut dicti Exponentes afferunt) confirmati, quo numerus Vocalium Capituli Generalis Congregationis hujusmodi præscribitur, & ad tres pro qualibet Provincia reducitur, & alias prout continetur in scriptura tenoris, qui sequitur, videlicet.

§. 2. Die 13. Maii 1659. sessione 7. Invocato Divini Spiritus auxilio, congregatis Eminentiss. & Reverendiss. D. Cardinali Pallotto Protectore, & Præside, ac Patribus Definitori generalis Congregationis Patrum Discalceatorum Sancti Augustini Italiae propositum fuit, an confirmandum sit Decretum in præterito Capitulo Generali sessione 10. die 18. Maij 1656. editum, & à sacra Congregatione super negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita confirmatum, super reductione Vocalium Capituli Generalis sub infrascripto tenore, videlicet.

§. 3. Ad tollenda inconvenientia, & incomoda, quæ ex celebratione Capituli generali more solito contingunt ex multitudine vocalium ad prædictum Capitulum generale concurrens, & expensarum ultra limites nostræ paupertatis, & ex periculis itinerum cum evidenti detramento nostræ regularis observantie, cum experientia compertum sit summopere expedire, Capitulum Generale celebrari juxta formam prescriptam in Decreto alias facta in præterito triennio, & à Sacra Congregatione prædicta confirmato, paucis mutatis, ut infra sub reservatione beneplaciti Santissimi Domini Nostri, & cum supplicatione Sanctitati Suæ pro confirmatione in perpetuum per Litteras in forma Brevis, decretum fuit, quod deinceps in perpetuum accedant suffragaturi ad Capitulum generale præter Admodum R. P. Vicarium Generalem, quatuor Definitores Generales, duos Visitatores Generales, Procurarem Generalem, & Secretarium Generalem, ex qualibet Provincia Priors Provinciales in Capitulo Generali, sive extra illud ad formam Litterarum Apostolicarum electi, quod si aliquem ex dictis Provincialibus ante elapsum triennium, & ante Capitulum generale decedere contigerit, & per tempus non licuerit novam fieri electionem, ut supra, tunc jus ferendi suffragium in Capitulo Generali in locum demortui devolvatur ad proximè antecessorem in Officio Provinciali, dummodo illi non competat hujusmodi jus ferendi suffragium in eodem Capitulo ex alio titulo, quo casu ad antecessores in dicto Officio eodem modo devolvatur; Et si defut casus, quod nullus ex Provincialibus antecessoribus existat, aut ferre votum ex alio titulo possit, tali casu jus ferendi votum devolvatur in Provincia Romana ad Priorem Conventus JESU MARIAE de Urbe, & eo deficiente, aut legitimè impedito ad Priorem Conventus Sancti Nicolai ejusdem Ubis. In Provincia Neapolitana ad Priorem Sanctæ Marie Veritatis, vel eo deficiente, aut legitimè impedito ad Priorem Conventus Sancti Nicolai Tolentinatis ejusdem Civitatis. In Provincia Januensi ad Priorem Conventus Sancti Nicolai Tolentinatis Januæ, & eo deficiente, vel legitimè impedito ad Priorem Conventus Sancti Damiani Mediolani. In Provincia Siciliæ Panormitanæ ad Priorem Conventus Sancti Nicolai Tolentinatis Panormi, vel eo deficiente, seu legitimè impedito ad Priorem Conventus Sancti Gregorii ejusdem Civitatis. In Provincia Germania ad Priorem Conventus Sancti Augustini Viennæ, & eo deficiente, vel legitimè

Decretum
Capituli Ge-
neralis.